Quelle: https://manuscripta.at/?ID=468
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



phis qui immutabunt. quantomagis hoc fiet. de celo ac sole stellaq; cadent. dicit dñs. qñ luna solis lumen accipiet. et sol septuplo fulgore rutilabit. Vnde et omis creatura ingemisent et parturit. ex pectans revelationem filiorum dei. ut mutet in melius. et non solum animae hominum commutentur quae in mortales sunt. sed et corpa commutentur inglificata substantia. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem. et mortale hoc induere immortalitatem. cum aut celum veterascet et terra. consequent et ea quae circulo celi continentur et homines qui in habitatores terre. sic haec morientur non in interitum sui. sed in abolitionem vilitatis antiquae. et innovationem futurae gloriae. quando fulgebunt iusti sicut sol. et abeuntibus preteritis atque antiquis facta fuerint omnia nova. Quidam pire et veterascere paboli tione et morte accipiunt. iuxta illud quod in canonica epla legimus. celi qui nunc sunt et terra. eodem verbo reseruata sunt igni. scilicet in. Cum ardentia soluentur. Quae quidem et philosophorum mundi opinio est. omnia quae cernimus igne pitura. Vnde et apls. praetransit enim figura mundi huius. contemplantibus nobis non ea quae uidentur. sed quae non uidentur. Quae enim uidentur tempalia sunt. quae autem non uidentur. eterna. Tale quod et iohes apls scribit. Mundus transit. et concupiscentia eius. Sin hebraico dicit celi sicut fumus liquescent. siue iuxta aquilam et symmachum comminuentur in nichilum et in salis modum conterentur et euanescent. quorum prior dicit naisteson. alter anacoysin. quod a comminutione et deliquio solis ethymologia thrahere manifestum est. Quo minor quod dicit uoluerunt lux celum sicut fumus firmatum est. Si enim firmitas proborum accipitur quomodo fumo quod firmum est conparatur. non forsitan hoc possumus dicere. quod omnis celorum firmitas et robur et fortitudo uento in anusimo et fumo qui in auras soluitur coequetur. iuxta illud ecclasten uanitas uanitatum et omnia uanitas. Illudque dicendum. quod si celum et terra pibunt. atque ueterascent quae sequentia habitatores eius sicut ista morientur atque disperant. cum animas ee perpetuas et resurrectura corpa nouerimus. Ex quo perspicuum est celos et terram non pire et in nichilum redigi. sed in melius commutari. Audite me qui sectis iustum. populus lex mea in corde eorum. Nolite timere obprobrium hominum. et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim uestimentum sic comedet eos uermis. et sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit. et iustitia mea in generatione generationum. Lxx. Audite me qui sectis iudicium populus. cuius lex mea in corde eorum. Nolite timere obprobrium hominum. et contemptu eorum ne